



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

debeat no-
strum esse
signaculu.

Aggxi. 2. in nobis semper viua memoria & subrepentium cogitationum prava compescat,
& in his, quæ extrinsecus agimus, Crucifixi charactem euidenter exhibeat. Enim,
vero si nobis Christus signaculum fuerit, & ipse nos sibi grata viciſſitudine signacu-
lum ponit, luxta quod Zorobabel Duci Iudea pollicetur, dices: In illa die ſuscipiā
te, Zorobabel serue meus, & ponam te ſicut signaculum in conſpectu meo. In con-
ſpectu nanque Dei iuſtus ſicut signaculum ponitur, quia per continuū amoris gratiā
in eius memoria ſemper habetur. At contra de impio Rege leconia, qui quoniam
Dei omnipotentis immemor erat, in eius & ipſe non mercurabatur eſſe memoria: Si
fuerit, inquit, leconia annulus dexter in manu mea, inde euellam cum.

Hier. 22.

Quod inuiolabile firmumq[ue] signaculum beatus martyr Cassianus in pectore ſuo
poſuerat, qui in tanta fidei conſtantia immobilis permanebat. Illiduntur plague ver-
berum, infliguntur vulnera punctionum, introrquentur irriſionum iacula, vincula
manibus innectuntur, accedit & nuditas corporis, ſed & ſpectaculum circumlatum
vndique deriforum. Inter hos procellarum ſaxientium turbines, inter illas
denique crebrefientium grandinum tempeſtates ſtat firma columna Dei prorsus im-
mobilis. Non concutitur, non quaſſatur, ſed lapidi, ſuper quem fundata eſt, reſta
ſemper & firma conſtanter innititur. Dicebat enim: Qui me separabit à charitate
Christi? Tribulatio: an anguſtia: an perſecutio: an fama: an nuditas: an periculum?
an gladius? Illi fremebant dentibus: iſte miris Agni mundi peccata tollentis parie-
tiam cogitabat. Carnifices in feruere ſupplicia, ſatiabant cruentam peccatorum rabie:
iſte iam ſecurus in mente versabat cœleſtis gloria dignitatem. Atq[ue] ita dixerim
cautus ac prudens iſte negociator, fratres mei, quam felices cum remuneratore cer-
tantium Christo nundinas contrahebat! Deponebat ſiquid ſarcinam carnis, at-
que ad ſtolam festinabat Angelicæ claritatis. Deferebat ferulam crudelium puer-
rum, vt ſanctorum fieret ſocius Angelorū. Postponebat magisterium literas edo-
cendi, atque ad illud vnum alacriter properabat Verbum, cui militante cuncta per
orbem volumina literatum, Christum Dominū nostrum, qui cum Deo Patre in
vnitate Spiritus sancti viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Rom. 8.

S. Cassiani
constantia
& fortitudi-
do.

Posuerat, qui in tanta fidei conſtantia immobilis permanebat. Illiduntur plague ver-
berum, infliguntur vulnera punctionum, introrquentur irriſionum iacula, vincula
manibus innectuntur, accedit & nuditas corporis, ſed & ſpectaculum circumlatum
vndique deriforum. Inter hos procellarum ſaxientium turbines, inter illas
denique crebrefientium grandinum tempeſtates ſtat firma columna Dei prorsus im-
mobilis. Non concutitur, non quaſſatur, ſed lapidi, ſuper quem fundata eſt, reſta
ſemper & firma conſtanter innititur. Dicebat enim: Qui me separabit à charitate
Christi? Tribulatio: an anguſtia: an perſecutio: an fama: an nuditas: an periculum?
an gladius? Illi fremebant dentibus: iſte miris Agni mundi peccata tollentis parie-
tiam cogitabat. Carnifices in feruere ſupplicia, ſatiabant cruentam peccatorum rabie:
iſte iam ſecurus in mente versabat cœleſtis gloria dignitatem. Atq[ue] ita dixerim
cautus ac prudens iſte negociator, fratres mei, quam felices cum remuneratore cer-
tantium Christo nundinas contrahebat! Deponebat ſiquid ſarcinam carnis, at-
que ad ſtolam festinabat Angelicæ claritatis. Deferebat ferulam crudelium puer-
rum, vt ſanctorum fieret ſocius Angelorū. Postponebat magisterium literas edo-
cendi, atque ad illud vnum alacriter properabat Verbum, cui militante cuncta per
orbem volumina literatum, Christum Dominū nostrum, qui cum Deo Patre in
vnitate Spiritus sancti viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

SERMO BEATI PETRI DAMIANI, S.R.E.


CARDINALIS ET EPISCOPI OSTIENSIS, DE AS.

ſumptione ſanctissime Mariæ Dei genitricis & virginis. Habe-
tur octauo Tomo Aloysij.

15. Auguft.

S. maria ad
cælos aſſu-
pta a de-
tris filij
ſui reſidet.

**Cur Chri-
ſtus aſcen-
diſſe, Ma-
ria vero
aſſumpta
diſciptur.**



IC totum dēcurrat ingenium, & aureus ſermo tota relu-
ceat maiestate. Voluntaria oris nostri beneplacita ſibi faci-
at genitrix Dei, Domina mundi, celi Regina. Ipsi ſenſum
acuat, dirigat ſtylum, & linguam pauperis veniſſiori reſper-
get eloquio. Illustrat lucem hanc lumine clariori, & ſuo cō-
ueniū ſuam pŕefentiam donare dignetur. Sublimis iſta di-
es, & ſplendidiōrī Sole refulgans, in qua Virgo regalis ad
hronum Dei Patris euhicit, & in iſpicio Trinitatis ſede re-
poſita, naturam etiam Angelicam ſollicitat ad videndum.
Tota conglomerata Angelorum frequentia, vt videat Reginam ſedentem à de-
tris Domini virtutum, in veftitu deaurato, in corpoſe ſemper immaculato, circu-
datam varietate, virtutum multiplicitate diſtingatam.

Hac eſt illa dies, quæ cœlorū officinas ſublimiori gaudio cumulauit, anna mu-
ndo, Angelis continua, continuans homines Angelis, & Angelos hominibus felici
foederatione coniungens. Intuere mentalibus oculis Filium ascendentem, & Ma-
trem aſſumptam, & videbis aliiquid excellentius in aſſencionē Filii exhiberi: & ali-
quid gloriosius in aſſumptione Virginis demonstrari. Ascendit enim Salvator in
cælum potestatiæ virtutis imperio, ſicut Dominus & creator, Angelorum comi-
tatus obsequio, non auxilio fulitus: Aſſumpta eſt Maria in cælum, ſed gratia ſuble-
uantis iudicio, coſitantibus & auxiliatibus Angelis, quam ſubleuabat gratia, non
natura. Ideo dies hec Aſſumptio, illa Aſſencionis vocatur, cum aliud ſit potentia ali-
ud misericordia, ſolumq[ue] ſoli ſit priuilegium Creatori naturam rerum propria po-
tēſſat.

testate supergredi. Hoc est illud excellentius, quod sibi vendicat super creaturam Creator, vbi etiam superabundans & singularis gratia non audeat adspire.

Sed si diligenter attendamus ascensionem Filii, & Matris assumptionem, inueniens profectio aliquid, quod nos inuenisse gaudebimus. Ascendentis quippe Dominino egressa est obuiam omnis illa beatorum spirituum gloriae societas, quādō naturae superiori prout in inferiorem, & incontroversibili sacramento susceptu hominem in ipsa diuinitatis clausit identitatem. Occurrentibus autem Angelis electorum animas, quas secum educebat, adiunxit, & sic virtutumq; triumphali pompa deduxit ad Patrem, sedet ad dexterā Matri statis. Attolle iam oculos ad assumptionem Virginis, & salua Filii maiestate, inuenies occursum huius pompa non mediocriter dignorem. Soli quippe Angeli Redemptori occurrere poruerunt, Matri vero celorum palatia penetranti Filius ipse cum tota curia tam Angelorum, quā iustorum solenniter occurrrens, eucixit ad beatæ consistorium sessionis, & ait: Tota pulchra es, amica mea, & macula nō est in te. Tota pulchra, quia tota deificata: macula nō est in te, quia Spiritus sanctus superuenit in te, qui te mundauit. Sed & Virgo gratiosissimam cumulata muneribus, tanta benignitati Daudico sermone responderet, summa dignationis claritatem admirans. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Nota verborum positionem differenti graduum distinctione signata. Tenuisti, inquit, manum dexteram meam, quia etiā leua tua sub capite meo, dextera tua iam amplexatur me. Et in voluntate tua deduxisti me, non in mea sublimitate, quia totum opus gratiae est, nō naturae. Et cum gloria suscepisti me: gloria vtique gloria, quam non nouit, nisi qui dedit, & cui donare dignatus est.

Attende autem diligentiam, & cōsequentiā scripturarum. Spiritus enim sanctus, in cuius fabrica, tam veteris, quā noui testamenti fuit compositio fabricata, Ascensionem Filii, & Matris Assumptionem simili stylo perambulans, ter interrogat: Quis est iste? & terriō repetit: Quae est ista? Primum de Filio, postea de Matre videamus. In spiritu fortitudinis Salvator ad inferos descendens contrivit portas aeras, & vectes ferreos confregit, & gehennalis olla dissipatis fragminibus, totum illud infelix habitaculum ruinosa concusso succedit. Conclamantibus Angelis: Attollite portas principes vestras: illi, qui superbie lapsum irremeabili corruerunt, ignoratione designatiua retorquent: Quis est iste Rex gloriae? Hic est ille insipiens, qui dixit in corde suo: Non est Deus, & Nescio Dominum, & Israēl non dimittam. Angeli pacis confidenter ingeminant: Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prālio: fortis ad vestram fortitudinem infirmandam: potens ad vestram potentiam vacuandam: in prālio, illo utiq; singulari, quo potestates aēreas singulariter debellauit. Resurgens ab inferis, & solennis victoria vexilla reportans, hominem vnitum sibi, quem nunquā dimisit, refuscitauit, & triumphatrici palma ælis innectus, Patri ouentem centefimam, quā perdidera, representans audit ab Angelis: Quis est iste Rex gloriae? Sed & eisdem conclamantibus: Dominus virtutum ipse est Rex gloriae: celorum infonuere palatia, & tota supercelestis domus profusoribus gaudijs inundauit. Verè Dominus virtutum, in resurrectione virtutem faciens, quā ante non fecerat, redimens seruum, & pro seruo filium efficiens. Clarissima autē Ascensionis die, quādō, videntibus discipulis, est eleuatus in cælum, summum illud reuerendumq; collegium venit obuiam Redemptori, & omnis illa tam assiluentium, quā ministrantium Angelorum authoritas cucurrit ad Filium, & ascendentem demirans ait: Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus deboſta? Videntes enim eum sanguinei ruboris vnda perfusum, mirātur eius patientiam, & se uitiam ludorum, qui non sunt veriti Filium Dei Crucis ignominia condemnare. Gradiens, inquiunt, in multitudine fortitudinis sua: non solum in fortitudine, sed etiam in multitudine fortitudinis, quia nulla fortitudo fortior fuit, quā redimere seruum, & in diuinitatis dextera perpetuò collocare. Hæ sunt illæ voces, quæ descendantem ad inferos, ab inferis resurgentem, ascendentem ad alios, multiformi præconio prosequuntur.

Sed iam vertendus est stylus ad Sanctam sanctorum, & illorum verborum condenda proprietas, quæ Virgini Matri sunt specialiter dedicata. Sed vni superliminatem titulum in frōte futuri ædificij proponamus, dicamus breuiter, quia prima interrogatio conuenit eius natuitati, secunda eius cōuersationi, tertia assumptioni,

Cant. 4.

Psal. 72.

*Ascensio
filii & ma-
tris assump-
tio, simi-
li stylo de-
scribitur.*

Psal. 13.

Exod. 5.

Luc. 15.

Mar. 16.

Esa. 65.

Quæ

SURIUS

100
1000
10000

RYTHM

1

Cant. 6. **A V G V S T I** X V.
Quæ est ista (inquit Spiritus sanctus de eius nativitate) quæ progreditur, sicut auro-
ra consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?
Hæc est, qua nesciuit toru in delicto, Virgo Dei Filio singulariter consecrata, spe-
cialiter sancto coniugata Spiritui. Quæ progreditur, inquit, sicut aurora confingit,
Quam elegans & clara similitudine & ex illius disciplina descendens, qui summum
sapientia fontem in Canticis affluenter inclusus. In meridiani lumine primus ille
parens creatus est, factus ad imaginem & similitudinem Conditoris. Quid enim clau-
tus, quam creatum Creanti non esse dissimilem? Faciamus, inquit, hominem a ima-
ginem & similitudinem nostram. Imaginem dedit ei in eternitate, similitudinem
in moribus, vt sit simius Creatori, si non identitatem, similitudinem tamen. Sed ille cæ-
ti priuilegii dignitate reiecta, apostata spiritui falsa promissione delinxerit in hac sit,
et se cum posteritate sua perpetua morti destinavit & tenebris. Ab illa hora tene-
brae factæ sunt super viuensam terram vsq; ad Virginem, nec inueniuntur eis aliquis,
qui vel exiret de tenebris, vel tenebras disiparet: sed mundo crescente, concrèto
& tenebrosa vorago, donèc in densissimam conglobata nigredinem, humanum
genus nocte terribili sepieliuit. Hæc est illa nox solitaria, nec laude digna, de qua
scriptum est: Posuisti tenebras, & facta est nox. In ipsa pertransierant omnes bestie
sylva: quia crudelis, & indomiti spiritus, dimotis regnagulis, humanum genustor
viribus obtruerat. Sed nata Virgine, surrexit aurora, quia Maria veri prævia lumi-
nis, nativitate sua manè clarissimum serenauit. Hæc est stella matutina in medio
nebulæ, quæ in cæli cardine summo splendore coruscans, orbem suum splendi-
dioribus radijs incolorat. Hæc est aurora, quam sequitur, immo de qua nascitur. Sol
iustitia, filius Solis claritati succumbens. Hæc est aurora, quam ille e nō vidit, qui vi-
dit omne sublime, & orat beatus Job vt ei multa suppressione claudatur, dicens:
Non videat ortum surgentis aurora. Tuus est dies, Domine, in quo Adam est condi-
tus: tu est nox, in qua Adam à die est electus: tu fabricatus es auroram, id est Virgi-
nam Matrem, & Solem, Solem videlicet iustitiae, qui de virginali thalamo conser-
rexit. Nam sicut aurora terminum noctis, diei principium adest restans & Vir-
go noctem expulit sempernam, & de die diem, de terra sua virginaris exortum,
terris infudit. Progreditur, inquit, quasi procil egreditur, quia procil, & de vltimis
finibus pretium eius. Aurora, quia noctis finis, & lucis initium. Consurgens, quia de
cadēte superurgens materia. Pulchra vt luna. Quid Luna pulchrius, cum stellis co-
ruscantibus in signifero limite, reliquorum siderum splendorem excidit? Consi-
dera quam stellaris & serena vibratio, quam luminosus fulgor circularem orbem
tanti sideris superfundat, vt aliorum lumen claritatem non mediocriter obfu-
scet. Sic & Virgo inter animas sanctorum, & Angelorum chorus supereminen-
tia, merita singulorum, & omnium titulos antecedit. Quātum liber alia stellæ
reducit, Luna tamen & magnitudine premit, & splendore. Sic vtranc naturam
Virgo singularis exuperat, & immensitate gratia, & fulgore virtutum. Electa vt sol:
Hanc attēde similitudinem, qua nulla in rebus mūdi potest esse sublimior. Nihil
enim habuit Spiritus in visibilibus creaturis excellentius, cui excellētia Virginis
compararet. Multo enim altius aliquid habet claritas Solis, quam Luna, quia eis
illa minores stellas obscurat, nō tamen penitus occultat: hic verò lucidius incan-
descens, ita sibi siderum & Lunæ rapit positionem, vt sint, quasi non sint, & videri
nō possint. Similiter & virga lessc, veri prævia luminis, in illa inaccessibili luce per-
licens, sic vtrorumque spirituum hebetat dignitatē, vt in cōparatione Virginis, nec
possint, nec debeant apparere. An putas, quod non contremiscatota rationalis
creatura ad contemplationem tantæ dignitatis? Considera & quæ in celis, & quæ
in terris in Virgine refabricata, Deum, qui cælum palmo metitur, virginis ventris
breuitate conclusum, redēptionē hominum, Angelorum restauratiōne, deniq;
quicquid est, fuit, & erit, per Virginis vterum renouatum, & tunc tibi cogitatio fug-
geret, quod locutio demonstrare non potest. Electa, inquit, sed & p̄celecta. Ut Sol,
quia sicut Sol solus orbem illuminat, sic hæc sola solidior lumine & Angelos, &
homines illustrat. Terribilis vt castrorum acies ordinata, terribilis dæmonibus,
ordinata virtutibus, singularis timor malignorum spirituum, specialis amor cœli-
um beatorum.

est speciosa inter filias Hierusalem. Desertum est vastitas huius mundi, in quo bestiae agri frequentius ludunt, ubi princeps ille nequissimus omni fortitudine principatur. Desertum autem dicitur, quasi derelictum à virtutum administratione, cum carum conuētus, abundante iniquitate, ad proprios ortus reuolauerit. Quia ascendet, inquit. In huius seculi vanitates omnes vel descēdere, vel cadere cognoscuntur, rarusq; qui non vel descēdat, vel cadat in huius turbulentissimā profunditatis oceanum. Sola illa Mater, & filia Creatoris, nec descendit, nec cecidit, sed de virtute in virtutem ascendens, consummatione virtutum vestita est. Qualiter autem ascendet? Sicut virgula, inquit, fumi. Sed & hæc operatio quām significanti similitudine sit signata, recollige. Virgula fumi recta est, subtilis, odorifera, & quanto magis in aëra extēditur, tanto amplius dilatatur. Sic & Angelorum Regina, recta est in sublimitate cōversationis, quia virga directionis, virga regni Domini. Subtilis in Deitatis contemplatione, quia ipsa est, quæ conseruabat omnia verba hæc, cōserens in corde suo. Odorifera in virtutum opinione, quia currimus in odore vnguētorum suorum. Angusta in temporalibus, quia non erat ei locus in diuersorio. In spiritualibus dilatata, quia adstitit Regina à dextris Domini. Hæc est virga illa, qua retiunduntur impetus aduersantum dæmoniorum, virga Aaron per quam fiunt signa & miracula. Baculum autem Crucis intellige, quo non solum verberatus est, sed & occisus ^{Luc. 2.} ^{S. Maria !} <sup>virga Ad-
ron.</sup> ille infanabilis homicida, qui mortibus hominum pascitur & nutritur. In Virgine virga, & baculo Cruce, misericordiæ spes & cōsolatio cōtinetur, sicut sublimis Propheta clara voce declarat: Virga, inquit, tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. ^{Psal. 22.}

Sequitur: Ex aromatibus myrræ, & thuris. Nominantur species, de quibus aromaticæ virgula subleuatur, myrræ, & thuris. Myrra corpora dissoluta cōsolidat, & cadaver exanimi sibi vēdicat, nē putrefaciat. Thus autem Deo in oratione accendit, sicut multiplicibus scripturarum testimonijs edocemur. In myrra continentiam, in thure deuotionem intellige. Caro enim Virginis ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit, sed singularis continentia puritas in candorem lucis aeternæ conuerta est. Porro quis eius deuotionem votiu[m] laudibus poterit adæqua-re, cū rememorer missum Archangelum, superuenientem Spiritum, Filium conceptum, Deum natum, stellam nouam, Magorum gloriam, munera gratiam, & super hæc omnia testimonium conscientiæ sua: Hæc sunt duo, quæ Virginalē substantiam toto circundēre virtute, continentia scilicet, & deuotio: quorū alterum carnem, alterum mentem ita possedit, ut caro mūdissima, mens purissima genitricem Domini singulariū consecrarent.

Sed nē putares his duabus solis virtutibus insignitam Dominam orbis, & Regnam celorum, subsequitur scripturarū authoritas: Et vniuersi pulueris pigmentarij. Hic expressum est quicquid exprimi potuit. Species quidem integræ odorē reddūt, sed non tantū, quantum confracta. Crebris enim tūsionibus supertritæ, remotiore etiā locum odorifera cōspersione refundūt. Sic & virtutes in pace quidem fortiter redolēt, sed fortius in tribulatione: quia virtus in pace acquiritur, in persecutione probatur, approbatur in victoria. Vniuersus ergo puluis pigmentarius in Virginem coniectus est, quia in ea virtutū conuentus reverendū sibi thalamū consecravit, & si ceteris per partes Spiritus affuit, Mariæ tamen tota plenitudo gratiæ superuenit. Nec integræ fuerunt in ea species, sed in subtilissimum comminuta, quia ipsa est, quæ fortioribus tribulationibus malleis superpressa, vidit suum & Dei Filium affligi Crucis, militari lancea vulnerari, & inter duos latrones positum expirare. <sup>Virtus in
pace acqui-
ritur, ap-
probatur
in victo-
ria.</sup>

Sequitur de eius assumptione. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, in nixa super dilectū suum? Hæc est Regina illa, quæ videntes filiæ Sion, beatissimam prædicauerūt, & Reginæ laudauerūt eā. Ascendit autem hodiē de deserto, id est de mundo ad regalis throni cœlitudinē sublimata. Delicijs, inquit, affluens. Verè affluens, quia multæ filiæ congregauerunt diuitias, hæc supergressa est vniuersas. Deliciarum autem eius nō est numerus, quia dum Spiritum sanctum suscepit, concepit Dei Filium, Regem gloriæ generat, penetrat cœlos, cumulata diuitijs, & delicijs affluens, ad Regnum euolat sempiternum suum. Innixa super dilectum suum. Rex virtutū dilecti Pater est, in quo sibi benè complacuit. Super hunc innititur Mater illa felicior, & in auro reclinatorio diuinæ maiestatis incumbens, intra spōsi, immō Filij sui brachia requiescit. O quanta dignitas, quām specialis potentia, inniti super illum, quem Angelicæ potestates reuerentur adspicere?

SURITS

obit
moner
RVIII
5

S. Maria
mūdi gau-
dium.

S. Maria
Dei scala.

Itēm aula
Dei.

S. Virgi-
nis Mariæ
encomiū.

Itēm eiul-
dem virgi-
nis prece-
nium.

198 A V G V S T I XV.
Hæc sunt ergo, quæ præsenti festiuitati sub umbris & imaginibus dignanter allu-
dūt, & sacraiore regmine velata, gratioſius lucet, cùm potuerint reuelari, Amen.
EIVSDEM PETRI DAMIANI IN ASSUMPTIONE
ipsius sanctissimæ Virginis Hymnus.



Audium mundi, noua stella cæli
Procreans Solem, pariens Parentem,
Da manum lapsis, fer opem caducis,
Virgo Maria.

Te Deo factam liquet effusam,
Qua tenens sumum, petit altus imum,
Nos ad excelsi remeare cæli
Culmina dona.

T beatorum chorus Angelorum,
Te sacri vates, & Apostolorum
Ordo prælatam sibi cernit vnam,
Post deitatem.

Aula cælestis speciosa Regis
Fulta septenis sophiæ columnis,
Quem nequit totus cohibere mundus,
Claudis in alio.

Quem tremunt cæli, metuunt abyssi,
Fluminum gutta, maris & procellæ,
Laudat Occasus, veneratur Orsus,
Stringis in vlnis.

Laete nutritur cibus Angelorum,
Fertur innuptæ gremio puellæ,
Qui sua latæ ditione terra
Pondera librat.

Sit decus summo sine fine Christo,
Sancta quem Virgo genuit Maria,
Qui Patri compar, Flaminique sancto,
Regnat in ævum. Amen.

EIVSDEM P A R A C T E R I C M CARMEN DE EA.
dem sanctissima Virgine Maria.

S Cala, thronusque Dei, nitor orbis, ianua cæli,
Mater aue Christi, scala, thronusque Dei.
Tu noua stella maris, qua lux est redditæ terris:

Orsus & es Solis, tu noua stella maris.
Concipis absque viro, tu sola puerpera virgo,
Quæ Verbum verbo concipis absque viro.

Tartara quod metuunt, tellus paucet, astra verentur,
Pectoris antra ferunt, tartara quod metuunt.
Virgine vita redit homini, quem virgo peremit:

Mors nece viæta perit, Virgine vita redit.

Tu super astra leua, petimus, quod subruit Eua:

Illa grauat culpa, tu super astra leua.

Gloria summa Patri, genitæ sit gloria Proli,
Flamine cum parili, gloria summa Patri.

EIVSDEM RHYTMVS DE EADEM.

G Enitrix æterni Virgo Maria, Verbi, quæ
Vox illa carnis par erit tua laudis?

T Tu noua maris stella, cœli poli fenestra,
Scala, quæ cœlum terris iungis, ima supernis.
Immensum concepsi, Parentem peperisti.

Fit Factor ex factura, Creans ex creatura.

Quem

DE ASSUMPTIONE BEAT. VIRGINIS MARIAE.

199

Quem mundus ferre nequit, totum Virgo concepit,
Quo circuitur æther, puella clausit venter.
Serui forma induitus, diuina non exutus,
Sufcepit quidem tua, sed non amisit sua.
Oritur ortus rerum, sit antiquus dierum:
Orbis origo coepit, factus ex his quæ fecit.
Conceptus fœcundauit, natus non violauit:
Intrauit & exiuit, sed clausam dereliquit.
Tu Aaron ex virginis fœcunda, licet siccæ,
Quæ germen protulisti, sed virgo permanisti.
Teribus præluccebat, qui ardens non ardebat,
Quæ sine æstu mentis fructum dedisti ventris.
Et ante partum virgo, sed post virginum Virgo:
Creuit in ortu prolis integritas pudoris.
Est Angelorum cibus tuo lacte nutritus:
Qui mari præbet vndas, papilla fugit guttas.
Geris in sinu prolem, quæ terra librat molem:
Foues à quo foueris: seruas à quo tueris.
Blandire, Mater, charo, qui te creauit, nato
Oscula grata fige, fascijs membra cinge.
Amplectere cælestem, quem genuisti, Regem,
Cui seruit Sol, & Luna, & omnis creatura.
Chori virtutum tremunt, quem viles panni tegunt.
Pauet calum, & terra, quem baiulat puerilla.
Vagit in sinu Matris, regnat in throno Patris.
Legem Matris obseruat, mundi iura gubernat.
Tu fontis fons viuentis, oriens orientis,
Liber ille signatus victori viro datus.
Tu porta templi claufa, superni regis aula,
Aerarium talenti, per quod sumus redempti.
Hortus deliciarum, odor suavitatum,
Tu ager ille plenus, cui benedixit Deus.
Ex te botrus egressus, qui Crucis prælo pressus,
Vino rigat arentes sancti Spiritus mentes.
Es & terra cælestis ferax lactis & mellis,
Ex qua Veritas orta tollit errorum dogma.
Arcem nobilitatis de prolis firpe trahis,
Filia quidem regum, sed Mater Regis regum.
Salve iam, Virgo fœta, Aue gratia plena,
Nostrum Ave digneris, ut illud Gabrieli.
Ille dum te salutat, Euæ nomen commutat.
Reduc nos, Virgo sancta, vnde est nequam lapsa.
Tu solue quod debemus, auerte quod timemus,
Impera quod optamus, perfice quod speramus.
Sit laus Trinitati, sit decus Vnitati,
Cui lex, & ordo rerum per omne patet æcum, Amen.

S. Maria
virga Ad-
ron.
Item rub^s
ardens.

Item fons
fontis vi-
uentis.
Item por-
ta templi
claufa.
Hortus de-
liciarum:

S. Maria
Regum fi-
lia.

Annuncia-
tio.
Nativitas.
Baptismus.
Purifica-
tio.

E I V S D E M V E R S U S .

Eccè parat clausam Regi prænuncius aulam,
Natus ab æterno prodit de Virginis aluo.
En fluius fontem, mundum lauat vnda lauantem.
Ablue, Iordanis, per quem magis ipse lauaris.
Non capitur calis, Simeon quem stringit in vlnis.

r 4

VITA